



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Codex traditionvm Corbeiensivm

Falcke, Johann Friedrich

Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752

§. 370. De traditis iugeribus in Nathireshus intra pagum Suilbergi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36114

§. 370.

Tradidit thiadulfus pro sorore sua aellan I iurnalem in loco qui dicitur *nathiresbus* (q) L. iugera unum mancipium.

et gubernante Corbeiam Bouone II.

§. 371.

fuit mater *Lutgeri*, *Thiatgrimus* opportunam nactus fuit occasionem, *Hiddonis* atque *Asconis* animum ad christianæ religionis gloriam venerandam excitandi. Faciles ergo se ad amplectendam religionem Christianam uterque præbebant, siquidem ita et libertatis et possessionum splendorem sibi poterant seruare. Cum autem et *Lutgerus* vir reputaretur sanctissimus, probabile nobis videtur, progenitores Anhaltinorum et Walbeccensium Principum huius cognati sui memoriam inter se voluisse conferuare, atque inde nomina Luithariorum in Anhaltinam, Walbeccensem et Supplinburgicam familiam fluxisse. *Lutgerum* enim, *Luitharium* et *Lotharium*, vnum idemque nomen esse, patet e nomine cæsaris *Lotharii* Saxonis, quod in Chronicis atque Annalibus modo *Liutgerus*, modo *Luder*, modo *Luitharius*, et modo *Lotharius* scriptum deprehenditur.

- (q) *Nathiresbus* villa tribuitur ab abbate *Sarachone pago Suilbergi*. Hæc ergo villa De villa vel *Naensen* est in principatu *Wolferbutteleni* eiusque præfectura *Grene*, vel *Nathires-* alia est desolata eiusdem regionis. Villa *Naensen* ad annos 1301, et 1302, ap- hus in pa- pellatur *Nanekesen* et *Nannekessen*, *Nanexen*. Id testantur litteræ sequentes, e go Suil- libro quodam copiali descriptæ: bergi.

Nobili viro dñō suo *Henrico comiti de Regensteine Gerhardus de Gandersem* miles suus vir cū obleqo semp prompto quidquid potest reuerentie et honoris. Bona in villa *Nanekesen* scilicet curiam cum tribus mansis et dimidio cum omnibus suis pertinentiis, quemadmodum *Hermannus de oldendorp* famulus a nobis in feudo receperat, et cum matre sua *Alheyde* iure hereditario hucusque quiete possederat. p me, quia ex vera hereditate vester sum vir p̄dictus *Hermannus*, feudū suū p̄dictū et mater sua ius suum, quod vulgariter *lystucht* dicitur, vobis sub tali conditione resignarunt, quod ad petitionem honorabilis viri dñi *B de Homborg* religiosi viri monasterii in *Amelungesborne* dictorum bonorum proprietatem conferatis iure hereditario ppetuo possidendā hac sigilli mei appensione dominationi v̄re duxi presentibus protestandum. Testes qui huic resignationi aderant dñus *Johannes* p̄ptus sc̄imonialium in *Lammespringe*, dñus *Lippoldus de Honboke* et filius suus *Lippoldus* milites, nec non duo filii adhuc famuli *Beseko* et *Thidericus*, et duo filii mei *Henricus* et *Gerhardus*, *Aschwinus de Garboldessen*, *Pyl de Barkenuelde*, *Hermannus de Holtbusen* p̄dicti dñi *Lippoldi* aduocatus et *Hermannus filius suus* famuli et alii quam plures fide digni. Datum año dñi M. CCC. I. in die b. thome apostoli.

Garboldessen villa intercidit, sita olim inter *Grenam* et *Naensen* villam. Sedes adhuc vocatur *Garbolzen*. Agri nobilium, de *Gareboldessen* dictorum, dudum reciderunt in manus domini, quod vocant, directi Ducum *Brunsvici* ac *Luneburgi*. Eis vitur præfectus conductor *Grenensis*. Alterum diploma sic habet:

In nomine sc̄e et indiuidue trinitatis *Otto* dei gr̄a p̄ptus montis in *hildensem henricus* p̄ptus *Olesburgensis* canonicus *hildensemensis hermannus* et *henricus* comites de *Woldenberge* et *henricus* comes de *Regenstein* omnibus in ppetuum, . . . Nouerit igitur tam p̄ntium quam futurorum fidelitas quod nos voluntario consensu dñe *konegundis* uxoris dñi *hermanni* comitis et *Bodonis* *hildensemensis* canonici et dñe *Gerburgis* heredum eiusdem nec non fratris *henrici de domo teutonica* et *Ludolfi* *hildensemensis* canonici et *Otonis* et dñe *konegundis iuste elisabeth* et *Ermegardis* heredum dñi *henrici* comitis et quorundam alio-